

Clarificetur primum succus, deinde cum melle A  
coquatur ad justam consistentiam.

*Diamoron compositum Galeni.*

Præter supra dicta adde

Myrrhæ, Croci ana ℥ j β.

Omphaciū ℥ j.

Coquatur omphaciū cum succo & melle, myr-  
rha verò & crocus sub finem adjiciatur, cum sci-  
licet ab igne remotum fuerit medicamentum.

*Diamoron Mesua.*

R. Succi mororum domesticorum,

Succi mororum rubi ana Tʒ j β.

Mellis,

Sapæ ana Tʒ j.

Coquantur igne lento ad spissitudinem mellis.

Reponantur. \* Phlegmonas oris partium, ut col-  
lumellæ, faucium, & eas, à quibus impendet suffo-  
cationis periculum, sanat. *Mesues,*

DE EMULSIONIBUS, Sectio V.

*Lac amygdalarum dulcium.*

R. Amygdalarum dulcium Tʒ β.

Mundentur à corticibus, contundantur in mor-  
tario lapideo optime: deinde diluantur cum a-  
quæ hordei mensura una, & per pannum lin-  
teum mundum exprimentur. \* Reficit, som-  
numq; inducit.

*Hordeatum.*

R. Hordei mundati ℥ j.

Coque ex sesquilibra aquæ dum in pultriculam  
vertatur: mox trajice per setaceum: tunc adde  
Emulsionis 4. semin. frigid. maj. sem. papav. albi  
ana ℥ j.

Cum Aquæ hordei ℥ iij. Fiat emulsio: adde Sy-  
rupi de papavere, Sacchari albi ana ℥ j. Fiat Hor-  
deatum. *Heurnius.*

*Vel:*

R. Hordei mundati cocti dum crepet ℥ iij.

Amygdalorum infusorum in aq. rosarum ℥ ij.

Sem. melonum & papaveris albi ana ℥ j.

Fiat emulsio in aq. Hordei ad semilibram: cui  
adde Julepi rosati ℥ j. Misce: bibat in introitu le-  
cti, in febribus ad somnum conciliandum, refri-  
geradum, ardorem renum & urinæ acrimoniam  
temperandam. *Heurnius.*

*Emulsio ad renum & vesicæ affectus.*

R. Seminis Melonum, Cucurbitæ, Citrulli,

B Cucumerum recentium & mundatorum ana ℥ β.

Amygdalarum dulcium mundatarum ℥ j.

Contundantur in mortario lapideo, ex aqua fon-  
tana prius cocta: deinde colentur ad libram, quæ  
vitreo vase condatur. \* Urinæ ardorem restin-  
guit triens hujus, vel sextans, tribus vel quatuor  
horis ante prandium assumptus. *Andernacius.*

*Vel:*

R. Seminum frigidorum majorum ℥ ij.

Sem. papaveris ℥ β.

Sem. lactucæ ℥ j.

Amygdalarum dulc. ℥ j.

Contundantur in mortario lapideo, ex decocto  
glycyrrhizæ colentur ad sesquilibram. *Heurnius.*

*Emulsio alia.*

R. Seminis Papaveris albi ℥ β.

Quatuor sem. frig. major. ana ℥ iij.

Amygdalarum dulcium ℥ β.

Omnia ex glycyrrhizæ decocti quadrante in mor-  
tario lapideo terantur: Syrupi violacei, adianthi,  
& myrtorum sing. ℥ β. in jure decocti colato  
dissolvantur: ac emulsio duabus vicibus mane  
horis quatuor ante prandium exhibeatur. \* Si-  
tum compefcit, pectorisq; & pulmonum  
inflammationes restinguit.

*Andernacius.*